



Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Digitale Sammlungen

Num. LXVII. ANNI 1676. 21. AUGUSTI.

1676

Obtiditio Philippopolensis non ita recens in commune Imperii omniumque Confederatorum bonum inchoata & de die in diem generosius promotam in sui annihilationem non immeritò traxit Gallorum animos, adeò vehementer huic operi intentos, ut quidquid consilij humana possent ingenia eruere in excusationem obidionis, pro ingeniorum suorum fecunditate faciles excogitaverint: hic Ducum Gallicanorum castra Casarea quamvis circumvallata suadet vi manibusque ferreis ad obsessos perumpenda, ille Rheno secundo quamvis invigilantibus Casareis undiquaque instructo centet facilis penetraturus suppetias, alter immò omnes suadent, utriusque consilio parendum uno impetu: accersuntur itaque Brisaco & aliis Civitatibus ad Rhenù aut ad amnes in eum se exonerantes fitis multi navitæ cum navigiis plurimique lignicidæ, quorum indefessis operis ingens moles lignea colligatur, quæ paratæ & paulo post sine fructu dilapsa, tres ejusmodi leviores connectuntur plurimæ ad id moliminis necessaria navigia instruuntur, Brisaco terrâ machinarum curulum instar curribus sex rotarum advecta: contra ne quid elicerent hæc Rheno tentanda molimina, Casarei tribus Rhenum ocludunt catenis ferreis, quarum duas in modum crucis Andreaticæ expallas tertia, etiam utroque ut illæ sed æquo litore extensa, sulcit juncturâ, innatantibus jugis ligneis innixa (alii illas volunt separatim ducentis ab invicem passib' fixas funibusq' contra vim omnium munias) & vix priorum solutionem admittunt: Galli, sperantes, magnâ connexarum arborum mole catenas diffringendas, vibratis nonâ currentis ex utroque Gallici Exercitus latere in telluram fulminibus tormentaris, quasi terrâ Casaream circumvallatam Exercitum aggressuri, & aere horrifonis altissimisq' clamoribus fatigato, in exteriores Casareorum vigiliis fallacem meditantur impetum, tracturi eorum arma rus, ut eo facilius & felicitus succederet machinatio Rhenana inchoanda emissionem viginti quinque navigiorum & duarum lignearum (si liceat) molium in Germersheimensi fluvio hærentium, adversus quas Princeps Germannus Badensis eadem nonâ seu Solis grandiora aliquot tormenta eo in litore fixerat, è quo in ipsum dictum amnem Germersheimio vicinum tonarent fulmina, aut hostem descensurum depulsura aut quidquid lignæ molis admearet, in fundum præcipitatura: porro, utroq' in litore plurimis Casareorum accuratissimè excubantibus, in medio Rheni ad frontem pontis vigiliæ agunt duæ naves excubitoria in modum pontis huc & illuc (ut Colonix) yagantis extructæ, Galli terrâ nunc appropinquando nunc cedendo Casareos, in quorum castra non sine memorabili clade irrueretur, ad proeundum provocantibus frustra, certum enim eos pabuli annonæq' penuriâ ad cedendum compellendos: decimâ labentis tres incendiariæ secundo Rheno naves meant incensuræ pontem, sed labor omnis inanis, unâ siquidem tot Casareorum fulminibus perterebratâ ut aquam biberit, duæ sociæ in litus à Casareis trahuntur, & Galli qui trajecterant, existimantes, navibus illis pontem destruentibus, se posse perumpere, in nemore Knaudenheimmerensi à Casareis circumcincti eâ, qua hostes decet, humanitate excipiebantur, ita ut pauci ad navigia sua in litore latentia se volaverint, multis suorum neci datis & irretitis sequuntur ceteræ moles, ruuntque in expansarum catenarum gremium, ast vincitæ tot impetebantur telis ut in fundum descenderint: ubi submersos plurimos testantur ultra trecenti, præter submersos, pisces, qui in pontem Casareum alliserunt, à Casareis in illo vigilantibus extracti: Galli, Diis terrâ Rhenoq'que, secundum nuperas Jovis supremi stipulationes Casareis factas, sibi novercantibus, nulloque patente consilio, quod viam immittendis suppetiis patefaceret,

Imprimebat PETRVS HILDEN S. C. M. P. R.

sub noctem, decimam inter & undecimam hujus, multo tympanis excefferunt, eruperunt, evaserunt, pedites sub noctem, sub auroram verò Equites, eandem ceteris quantim exhaustæ vires patiebantur passibus remittentes viâ in Alsatiam, quâ non ita recens descenderant: captivi referunt, eorum ultra trigies mille numeratos: Casareorû Generales eos cum turmis aliquot inscusi, vix terga hostilis Exercitus affequi poterant cum ob celerem robustorum fugam tum ob vias infirmis & mortuis plenas, quâi cruentum ferroxque certamen habitum: in fuga *Bolskom* urbem Palatinam & pagos aliquot Galli flammis exusserunt, sub incendiis & excisionis minis à Landavensibus extorserunt bis mille florenos & quingentos siliiginis modios, nec minus immò plus à Sebustio *Cronveisenburg*, quibus in urbibus Nolocomia intinuis omnibus exonerarunt, procul dubio cogitantes ad remouiores agros: equitatus Gallicus fame cum equis exhaust' Sebustium inter & Lauterburgum subiticit 3tia, peditatus aliam viam ingressus quotidie quinque horarum spatium emectitur, equitatu multo movente celeritis: ratio fugæ late, plurimi judicant annonæ penuriam Gallos in Alsatiam repellere, curiosiores autem eos, viribus dies aliquot in Alsatia relictis, Brisaco pontem Rheni trajecturos & Casareas in Brisgoia Civitates inscultururos ided, ut Casareum Exercitum ab obidione Philippopolenti in Brisgoiâ trahat: trahit jam tum sex mille selectiores equites & desultorios Friburgum sub auspiciis Generalium Caprara & Schultz, observaturos molimina hostium, si quæ sinistra impenderent Brisgavis. Existimabunt nonnulli, à tempore, quo ob Gallorum adpropinquacionem Casareæ legiones ex obidione Philippopolenti ad castra Casaris revocata, eandem quievissent, fatemur deseruisse nonnihil insultus, eò ferociora nihilominus fulmina sunt in muros vibrata, quorum continuationi nunc accedit labor indefessus Casareorum in promovendis ad urbem foveis, agendis cuniculis, aliisq' ad citam debellacionem necessariis: univrsus peditatus Casareus jam tum in hæret ductis continuato aggere foveis, excitatus ad ferocissimos unâ omnium impetus præsentia Principis Lotharingici: iustus etiam fulminibus aliquot congratulari obsessis de acceptis suppetiis subridens, minansq' necem omnibus crudelissimam si extrema ferocissimum insultus præstolarentur: expugnabitur, ut sperant obidentes, Philippopolis, quamvis mille & quingenti, qui supersunt, exercitaci præsidarii noctu diuque in munitissimis secundum mœnia incisuris vallorum laborent. Latitârunt undecimâ hujus, nescio quorum beneficio & ubi Rhenum trajecterint, quingenti desultorii dimissis equis in ignota palude, volentes post biduum clam, id minime suspicaturis, ut putabant, Casareis, in obsessam urbem infiltrare: in hoc Croatia irruerunt, omnesque enecârunt acinacibus, exceptis Vicario, octo circumferente vulnera, & decem captivis gregariis, quibus annumeratur molles virilibus vestita vestimenta & instructa litteris. Gubernatori obsessorum tradendis. Imaginantur sibi nonnulli, Principem Luxemburgicum aut ipsummet cum Exercitu in Lotharingiam cogitare, aut legiones illuc aliquas destinare, quæ ceteris ibi jungantur ad liberandum obidione Trajectum: utrius certitudinem proximus Veredarius demonstrabit, nuper autem mans, in neutro quidquam Gallos effecturos, cum vehementer castra Gallica de populetur dysenteria.

Hamburgo, 14. Augusti

Vlcanus nunc adeò sævit in geranium viciniam domus, ut, hærum 20 hæc horâ matutinâ ratis, flammis latius explicet: naves, solutis funibus periclitantur, certò consumendæ, nisi accersentibus succurrerit. Brandenburgici hæc hebdomada credunt expugnatos Anklamium. Archi. Thier Tromp sedem fixisse dicitur in *Rugen*.